
Vicipædia

Lingua Croatica

Lingua Croatica[1] (Croatice: *hrvatski jezik*) ad linguas Slavicas meridianas intra ramum Slavicum linguarum Indoeuropaearum pertinet.

Lingua Croatica hrvatski jezik	
Taxinomia:	Linguae Indoeuropaeae (Linguae Baltoslavicae) Linguae Slavicae Linguae Slavicae Meridianae Lingua Croatica
Locutores:	circiter 7 000 000 (4 000 000 in Croatia)
Sigla:	1 hr, 2 hrv, 3 —
Status publicus	
Officialis	Bosnia et Herzegovina, Croatia, Mons Niger, quibusdam Voivodinae locis (Serbia)
Privata	Croatia, Bosnia et Herzegovina, Voivodina (Serbia), Boka Kotorska (Mons Niger), Comitatus Baraniensis (Hungaria) et aliis in terris, quo Croati immigrati sunt.
Litterae:	
Scriptura:	Latina
Procuratio:	



Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae

Index

Diffusio et varietates

Lingua Croatica normativa (sicut etiam Lingua Serbica, Bosnica et Montenigrinica) fundamento Štokavicae dialecti (*Štokavsko narječje*) innititur, sed etiam elementa dialectorum Kajkavicae et Čakavicae comprehendit. Lingua Croatica abecedario Latino scribitur.

Quod lingua Croatica normativa linguis Bosnicae, Montenigrinicae et Serbicae simillima est (ut locutores harum linguarum sermocinando se invicem facile intelligant), multi linguistae (imprimis extra olim Iugoslaviam) has unius varietates linguae esse volunt, quae Serbocroatica appellatur. In civitatibus ex olim Iugoslavia ortis hae linguae distinctae haberi solent.

A lingua Croatica normativa clare diversa est Lingua Croatica Burgenlandia (Croatice: *gradišćansko-hrvatski jezik*, *gradišćanski jezik*), quae varietas in Burgenlandia (Austria in usu est et cuius forma normativa dialecto Kajkavica innititur, et Lingua Slavica Molensis, quae multis saeculis ante in Italiam migratus dialecto Štokavica innititur, sed multis verbis Italicis imbuta est.

Croatice fere 7 000 000 hominum, ut putatur, loquuntur. In censu anni 2001 in Croatia 4 265 081 homines (96,12 % incolarum) se Croatica lingua materna uti dixerunt. Praeterea sunt homines, quibus haec est lingua materna, in Bosnia et Herzegovina et in Voivodina, inter immigrantes Croaticos in Slovenia et in multis totius orbis terris.

Lingua Croatica est lingua publica Croatiae, una e tribus linguis publicis in Bosnia et Herzegovina et una e sex linguis officialibus in Voivodina in Serbia.

Dialecti linguae Croaticae in tres rami dispertiuntur, qui secundum cuisque formam pronominis interrogativi *quid (ča, kaj, što)* nominati sunt:

- Kajkavica (a Colapi et Savo superiore in septentriones versus; Croatia septentrionalis)
- Čakavica (Histria, Litorale Croaticum, regiones Dalmatiae mediae et septentrionalis, Iapudia septentrionalis et plurimae insulae Croaticae necnon Burgenlandia in Austria)
- Štokavica (Sclavonia, Iapudia, Dalmatia meridiana et Bosnia et Herzegovina)

Etiam Bosniaci et plurimi Serbi Štokavice loquuntur.

Abecedarium et pronuntiatio

Abecedarium et orthographia

Lingua Abecedario Latino cum quibusdam notis peculiaribus scribitur. Abecedario Croatico sunt 30 litterae:

Maiuscula

A	B	C	Č	Ć	D	DŽ	Đ	E
F	G	H	I	J	K	L	LJ	M
N	NJ	O	P	*(Q)*	R	S	Š	T
U	V	*(W)*	*(X)*	*(Y)*	Z	Ž		

Minuscula

a	b	c	č	ć	d	dž	đ	e
f	g	h	i	j	k	l	lj	m
n	nj	o	p	*(q)*	r	s	š	t
u	v	*(w)*	*(x)*	*(y)*	z	ž		

Litterae *q*, *w*, *x* et *y* tantum in nominibus originis alinae propriis et interdum in vocibus alienis non integratis apparent. Digrapha *dž*, *lj* et *nj* in abecedario unumquodque tamquam littera singula habentur.

Orthographia linguae Croaticae est phonematica, id est, unumquodque phonema uno ipso graphemate abecedarii exprimitur. Sunt autem excepta multa verba e linguis alienis recepta.

Notae

1. Ad nomen vide Historische Bücherkunde Südosteuropas (http://books.google.at/books?id=xfJuLWpQo-oC&pg=PA1314&lpg=PA1314&dq=de+lingua+croatica&source=bl&ots=fUPuGXC_DS&sig=Z5G9Hk9Q_inkUEm4sCdOmQ6K3d4&hl=de&ei=E5F_TfGjAYjbsgan9PH8Bg&sa=X&oi=bo

ok_result&ct=result&resnum=1&ved=0CBgQ6AEwAA#v=onepage&q=de%20lingua%20croatica&f=false)

Nexus externi

Vide **Linguam Croaticam** in **Victionario**.

Vicicitatio habet citationes quae ad **Proverbia Croatica** spectant.

Vicimedia Communia plura habent quae ad **Linguam Croaticam** spectant.

Haec stipula ad linguam vel ad linguisticam spectat. Amplifica (https://la.wikipedia.org/w/index.php?title=Lingua_Croatica&action=edit), si potes!

Linguae Slavicae

Linguae Slavicae Orientales	Lingua Novogardiensis antiqua • Lingua Slavica orientalis antiqua • Lingua Russica • Lingua Ruthenica antiqua • Lingua Ruthenica Alba • Lingua Polesica • Lingua Ucrainica • Lingua Russinica (Lingua Carpato-russinica • Lingua Russinica Croatiae et Banati)
Linguae Slavicae Occidentales	Lingua Polonica • Lingua Cassubica • Lingua Polabica • Lingua Slovincica • Lingua Pomerania • Linguae Sorabicae • Lingua Bohemica • Lingua Iudaeo-Slavica • Lingua Lachica • Lingua Slovacica (Slovaca)
Linguae Slavicae Meridianae	Lingua Slavonica antiqua • Lingua Slavica ecclesiastica • Lingua Bulgarica (Lingua Bulgarica Banatus • Lingua Bulgarica Musulmanorum) • Lingua Macedonica moderna • Lingua Bosnica • Lingua Croatica (Lingua Croatica Burgenlandia) • Lingua Slavica Molensis • Lingua Montenigrinica • Lingua Serbica • Lingua Slovena • Lingua Vandalica Slavica

Receptum de "https://la.wikipedia.org/w/index.php?title=Lingua_Croatica&oldid=3336796"